Francksche Stiftungen zu Halle

Salomonis, Regum hominumq́ue, peccati labe laborantium, sapientissimi, Proverbia & Ecclesiastes

Breithaupt, Joachim Just

Magdeburgi, 1717

VD18 11104074

Caput Tertium.

Nutzungsbedingungen
Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.
Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.
Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use
All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.
Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.
For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-216270

Visual Library

CAPUT TERTIUM.

Eadem confirmatio ſtabilitur, ſpe opum divinarum & humanarum. 1. -- 4. Ante omnia commendatur fiducia in Deo collocanda, ut opponitur viribus arbitrii corrupti: contraq; arrogantiam medicina additur, ſuprà ſpectata, Dei reverentia. 5. -- 8. Nec prætermittitur neceſſitas externi cultûs Dei: 9, 10. præſertim, patientiæ, tam in exterioribus, quàm interioribus, renatorum propriæ. 11, 12. Generalis concluſio denuò inculcatur, de ſtudio ſapientiæ, utiliſſimo & beatiſſimo. 13. -- 26. Pergitur ad Divini cultûs externi partem alteram, ſitam in eleemoſynis, haud differendis: 27, 28. nec non vitandâ omni infidelitate erga proximum, 29, 30. omniq; malorum æmulatione. 31. Caput hoc finitur etiam confirmatione pathetica, in utramque partem. 32. -- 35.

O pia progenies, fac, ne te oblivio [h] privet
Lege [h] mea: vigil ut præcepta paterna faceſſas,
Perpetua ipſorum tibi ſit cuſtodia [h] curæ.
2. Nam tibi adaugebunt vitam, longæva dierum [i]
Munera, cumque annis geminatæ pacis amores.
3. Proinde ligata ſuper fauces te preſſius ornent [i]:
Gratia larga DEI, promiſſaque certa JEHOVÆ
Ne tibi defuerint. Ante omnia, cordis aperti
Mollibus in tabulis mandata fideli [i] ſcribe!

PARALLELISMUS CAPITIS III.

(h) *II, 17. XXXI, 5.* (h) *I, 8. 5.* (h) *II, 11.* (i) *4. 13. 16. 18. 22. 35. I, 9. IV, 8, 9, 10. 22, 23. V, 19. VI, 23. VII, 2. VIII, 18. 21. 35. IX, 11. X, 4. 11. 17. 27. XI, 19. XIII, 2. 18. 21. XIV, 22. 24. 27. XV, 33. b. c. XVI, 20. XVIII, 12. XIX, 2. 8. XXI, 21. XXII, 4. XXVIII, 1. 16. Pſalm. CXII, 3. 1. Tim. IV, 8.* (i) *VI, 21. b.*

Franckesche Stiftungen zu Halle

4. Quàm facilè invenies [k] ſic, non ſine numine divûm
Ac hominum plauſu, pulchrum virtute favorem [i],
Atque bonæ mentis laudes [k]!
5. Modò fide [l] JEHOVÆ
Omni ardore tuo! Ne tu, ne innitere fulcris
Ipſe tui arbitrii [m], calamo rationis acutæ
Exſtructis leviter; fragilis ne fallat arundo [m].
6. Quam tu cunque ineas pugnam, partemque viarum;
Reſpice conſiliis ſolum auxiliisque potentem,
Præſentemque orbis Dominum [n]: qui voce vocatus
Supplice, monſtrabit, removens obſtacula ſenſim,
Certum iter, ac greſſus firmatos diriget Ipſe [o].
7. Neu videare tibi ſapientis [p] nomine dignus!
Hunc citus errorem fugito: retroque recedens [q],
Eſto memor JOVÆ, tumidos qui territat irâ.
8. Hæc formido parit medicamen [q]; ut omphalos iſto
Nectareo de fonte bibat, laticesque refundat

Viſce-

(i) *XI, 16. n. XXVII, 2.* (k) *II, 4. XVI, 20. t. XVII, 20. XIX, 8. XXVIII, 23. XXXI, 10. Eccl. VII, 27, 28.* (k) *I, 3. c. XII, 8. XIII, 15. XIX, 11.* (l) *XI, 28. XIV, 26. 32. XVI, 3. 20. XVIII, 10. XIX, 7. XXII, 19. XXV, 19. XXVIII, 1. 25, 26. XXIX, 26. XXX, 5. 30. XXXI, 11.* (m) *XI, 28. XXI, 29, 30, 31. XXIII, 4. Eccl. IX, 11. Jer. X, 23.* (n) *II, 6, 7, 8.* (o) *XI, 5. XV, 21. XVI, 1, 2, 3.* (p) *XII, 15. XVI, 2. XXI, 2. 10. XXIII, 4. XXVI, 5. 12. 16. XXVIII, 11. XXX, 12.* (q) *XIII, 19. XIV, 16. XVI, 6. 17.* (q) *I, 7. p. IX, 10, b.*

Franckesche Stiftungen zu Halle

Viſceribus ſanos: eſtque oſſibus alma medulla
Irriguus vivæ Fidei pavor, intima pulſans.
9. Devenerare DEUM gratus, deque omnibus, olim
Haud malè congeſtis [r], opibus devotus honora [s]!
Primitias offer, tibi quas proventus [s] agrorum
Quilibet optatâ frugum ubertate miniſtrat.
10. Quod ritè obſervans; cernes, ſatis horrea meſſe
Impleri, rumpi tua torcularia muſto.
11. Numinis æterni, te conſtringentia [t], tela
Ne procul abjicias, ſangvis meus! oſcula in illis
Fige; nec impatiens ſanantia vulnera [t] perfer.

(r) *I, 13. b. XXI, 27.* (s) *XIV, 2. cum quo conf. III, 27, 28.* (s) *conf. inf. 14. y. XIV, 4.* (t) *I, 2. c. diſciplina verborum, IV, 1. V, 10. 12. VI, 23. VIII, 33. X, 17. XII, 1. XV, 5. 10. XIX, 20. & verberum: XIII, 18. 24. XXII, 15. XXIII, 13. Hebr. XII, 5, 6. BASILIUS* Homil. XII. *Alterum erat præceptum:* [*illi, de timore Dei, etiam* Cruce, *tanquam virgâ Legis, excitando,* ſubordinatum] *Nôſſe diſciplinam. Eſt autem diſciplina, inductio quædam utilis, quæ, ſæpe cum labore, vitiorum maculas purgat. Quæ quidem impræſentiarum non videtur eſſe gaudii, ſed mœroris: verùm, poſtremò fructum ſalutarem & quietum, per ipſam exercitatis, facilè reddit. Hebr. XII, 11. Hanc itaque diſciplinam nôſſe, non cujuslibet eſt mentis: quoniam multi, res duras tolerare deſperantes, exitûs ac eventûs utilitatem, ob ignaviam & ignorantiam, non exſpectant; ſed, ad diligentiæ auſteritatem impatientes, in imprudentiæ tenebris ac infirmitate remanſerunt. Idcircò admiratione dignæ ſunt juſtorum voces, dicentium:* Domine, ne in furore tuo arguas me, neque in ira tuâ corripias me! *Non enim diſciplinam detrectant, ſed iram. Hoc namque ſimile illi videtur:* Caſtiga nos, Domine; ſed, tantùm in judicio, & non in irâ! *Itemq; illi:* Diſciplina Domini aperit aures meas. *Quemadmodum enim parvi pueri, doctrinam deſpicientes, ob ferulas flagellaq;, quæ magiſtri & pædagogi adhibere*

12. Emicat altus amor JOVÆ, ſi quem increpat ultrò:
Non ſecus, atque fovet patrium flagrantior ignem,
Qui ſatis explorat ſobolis commiſſa ſeverus [u].
13. O nimium felix [u], cui ſe Sapientia vera
Exhibet inventam [u]! primâque in luce locandus,
Quo gaudet morum domitrix elata miniſtro,
Indivulſa comes Sophiæ, Prudentia vera!
14. Utraque fert unam dotem. Quam pectore toto
Si bene credis emi [x]; tua mercatura bonorum [x],
Navigio argenti pleno, præſtabit, & auri [y]
Ponderibus meliora dabit tibi commoda [y] mille.
15. Nobilibus gemmis [z] pretioſior illa quibusvis:
Res nec eam æquabunt [a], quascunque ſub æthere poſcas [z].
16. Quid gerit [a] in dextrâ? faſtigia longa ſenectæ [b].
Quidnam læva tenet? ſat opum, ſat laudis honorum.

17.

ſolent, attentiùs dictata ſuſcipiunt, & ipſe ſermo ante plagas non auditur; poſt verba doloresq;, veluti ſtatim apertis auribus, auditu excipitur oratio, & memoriâ cuſtoditur: Sic accidit & iis, qui divina audiunt præcepta, & ad ea ſervanda ſe negligenter habent. Nam poſtquam diſciplina eis inflicta eſt à Deo, tunc, quæ moleſtè ſemper illis inculcabantur divina mandata, quaſi jam primùm in aures ipſorum cadant, ſuſcipiuntur. (u) XIII, 24. (u) *inf. 18. VIII, 32. XVI, 20. x. XXVIII, 14. XXIX, 18. u med. Eccl. X, 17.* (u) *ſup. 4. k.* (x) *IV, 5. 7. XVII, 16. XXXI, 18.* (y) *De proventu conf. ſup. 9. s poſt. VIII, 10. 19. X, 16. XV, 6. 23. XVI, 16.* (z) *VIII, 10, 11. XX, 15. XXXI, 10. 13.* (a) *XXVI, 4.* (a) Proſopopœia: *I, 20.* (b) *ſup. 2. i.*

Franckesche Stiftungen zu Halle

17. Illius, ecce, viæ! quanta hîc jucunda [d]! Nec ejus
Semita conſpicitur, quam non pulcherrima rerum
Pax [e] regat, immenſo gradientibus obvia cornu.
18. Eſt lignum vitale [f] eadem, prenſantibus ipſam:
Quorum quisque, tenens [g] ramum, retinensque, bea-
19. Fundavit terram, *Sophiæ* virtute, JEHOVA [h]: (tus [h].
Conſilio prudente polos ſtabilivit Olympi.
20. Quanta, voraginibus, ſeſe inde, *Scientia*, ruptis
Prodidit, innumeros per fontes! quanta, ſub aſtris
Ætherias docuit nubes [i] demittere rorem,
Neſcio quâ ſolis vegetâ dulcedine fœtum,
21. Auroræ ex utero! *Fili*, mea proxima cura [k]!
Harum ne comitum vis admiranda recedat [l]
Averſa ex oculis, tu cuſtodire labora
Invictum Fidei robur [m]; meditare ſciendi
Arte modos varios, quibus expediantur agenda [n].
22. Sic (neque verò aliter) vitarum [n] flumen utrumque,
E cœlo & terris, fundent tibi largiter iſtæ
Intra animam, mi Gnate, tuam: nec gratia deerit,

(c) *ibid.* (d) *XV, 26. XVI, 24.* (e) *III, 2. XII, 20.* (f) *IV, 22. XI, 30. XIII, 21. y. XV, 4.* (g) *IV, 13. XI, 16. XXIX, 23. XXXI, 19.* (h) *VIII, 27. XXIV, 3.* (i) *VIII, 28. Pſ. CX, 3.* (k) *IV, 1, 2. 20. XXII, 17.--21.* (l) *II, 15. IV, 20, 21.* (m) *II, 7. VIII, 14.* (n) *I, 4. ſup. 2, i. 8, 18.* (n) *X, 11, XII, 28. XIII, 14. XVI, 22.*

Gutture quâ pleno tu ſemper ab ore redundes [o].
23. Sic pede [p] inoffenſo confidentiſſimus [p] ibis,
Quò te fata vocant, verbi medicantis amictu
24. Firmiter indutus. Si obſcurâ nocte cubabis [r],
Non metues: placidam [s] capies per membra quietem [s].
25. Jamque repentinis turbis ſæpe ingruet horror [t];
Tempora cùm fati venient, atque omnia latè
Vaſtabuntque mali, vaſtabunturque viciſſim:
26. Te tamen haud dirus ſternet timor. Ipſe JEHOVA
Præſidium tibi erit tutum, fiducia, cuſtos;
Ut propriis valeas laqueos evadere plantis [u].
27. Prima DEO interni cultûs reverentia ſemper
Sacra manet: pietas quæ, mater. at altera [u], certè
Filia; ne qua moræ tanti diſpendia credas [x],
Quin rerum admittas dominos, rerumque maritos,
Mortales, miſeros præſertim, ac omnium egenos.
His nullum prohibere [x] bonum, ſine fine memento;
Cujuscunque tuæ manui datur ulla poteſtas:
Sicubi, id eſſe ſuum, vi paupertatis adacti,

Ordi-

(o) *I, 9. XVI, 23, 24. XXII, 11.* (p) *I, 33. c. X, 9.* (q) *inf. 26. 31. I, 15. c.* (r) *VI, 9, 10. c. 22.* (s) *IV, 16. VI, 22. IX, 17. XIII, 19. XX, 17. Eccl. V, 11.* (t) *I, 27. r.* (u) *Eccl. VII, 26.* (u) *XV, 17. x. de nexu tabularum Decalogi.* (x) *ad prim. & poſt. conf. I, 15. XI, 26.* (x) *I, 15. e med. 19. b prius. XI, 26. XXX, 7. Eccl. II, 10.*

Franckesche Stiftungen zu Halle

Ordine compoſito, ſalvoque & jure, docebunt.
28. Quando tibi eſt igitur, duro quod tempore egeſtas
Urget eos petere; haud dicas: i, ſuavis amice [y]!
Cras [y] dabo; ſaltem hodiè vade, atque revertere, quæſo!
Hic pietatis honos? tibi quum ſatis adſit habendum.
29. Nec tende inſidias [y], de te nil tale verenti,
Quique ſedens unà tectis confiderit [z] iisdem.
30. Neve obſta [z] incaſſum [z], de te nil tale merenti,
Factis aut verbis: neque, ſi vel peſſima quisquam
Fecerit [z], hæc fuerint paribus delenda per artem.
31. Quodſi fortè virum, ſua quem violentia [a] præfert,
Suſpicis; invidiæ [a] ſtimulis ne agiteris amaris,
Obſecro; néve ejus, tanquam æmulus [b], auſa ſequare,
Neu ſtudeas, legiſſe viis [b] è triſtibus ullam [c].
32. Nam', furiis perverſa petens, inviſa [c] JEHOVÆ
Eſt facies: contrà cupis, ô Pater Optime! rectis [d]
Arca-

(y) *29, 30. XI, 9. XVII, 17. XVIII, 24. XXI, 10. conf.* verbum. *X, 21. z med.* (y) *XXVII, 1.* (y) *VI, 14. 18. XI, 19. 27. XII, 20. XIV, 22, XV, 26. XVI, 27. XXIV, 1.* (z) *ſup. 23. q.* (z) *VI, 14. 19. XV, 18. XVI, 28. XVII, 1. 14. XVIII, 6. 18, 19. XX, 3. XXI, 9. 18. XXII, 10. XXIII, 29. XXV. 8, 9. XXVI, 17. 20, 21. XXVIII, 25. XXX, 33.* (z) *I, 11. x ult.* (z) *XI, 17. XXV, 21, 22. XXXI, 12. Matth. V, 44.* (a) *X, 6. 11. XI. 19. XIII, 2. XVI, 29.* (a) *XXIII, 17. XXIV, 1.* (b) *I, 10. &c. XXIII, 17. XXIV, 1.* (b) *ſup. 23. p.* (c) *XII, 21. 5. XIII, 7. XXX, 30.* (c) *VI, 16. VIII, 7, 8. XI, 1. 20. XII, 22. XIII, 19. XV, 8. 9. 26. XVI, 5. 12. XVII, 13. 15. XX, 10. 23.; XXI, 27. XXIV, 9. XXVI, 25. XXVIII, 9. XXIX, 27.* (d) *II, 7. b.*

Franckesche Stiftungen zu Halle